



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 66. Quinque Cardinalis hoc anno a Benedicto XIII. creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. *LippVs spaDa.* Verum paucos post
A. C. 1724. dies apoplexia tactus die vigesima octa-
 va Junii anno ætatis sexagesimo quinto
 rebus mortalibus valedixit. Erat ce-
 teroquin Vir morum probitate, con-
 scientiæ teneritudine prudentia, eru-
 ditione, rerumque publicarum cogni-
 tione longe præstantissimus.

§. LXVI.

*Quinque Cardinales hoc anno a Be-
 nedicto XIII. creati.*

*Guarnac.
 tom. 2.*

Hujus Cardinalis jacturam Bene-
 dictus XIII. Papa abunde compen-
 sabat, dum hoc anno sacrum Collegium
 quinque novis Purpuratis, diverso ta-
 men tempore creatis auxerat. Ex his
 primus erat Joannes Baptista de Ale-
 tieriis patria Romanus, Archiepiscopus
 Tyrensis Presbyter Cardinalis
 tit. S. Matthæi in Merulana, alter Ale-
 xander Falconerius itidem Romanus
 Almæ Urbis Gubernator Cardinalis
 Diaconus S. Mariæ de Scala: ambo illi
 Cardinales die undecima Septembris
 enuntiati fuerunt. Die autem vigesima
 Novembris Pontifex unicum creabat
 Cardinalem Vincentium de Petra patria
 Neapolitanum Cardinalem Presbyterum
 tit. S. Onuphrii. Hunc die vigesima
 Decembris secuti alii duo, Prosper
 Mar

Marefusus Maceratenſis Papæ Vica-
 rius Generalis & Cæſaræ Archiepiſco-
 pus: Presbyter Cardinalis tit. S. Cle-
 mentis, & Frater Auguſtinus Pipia
 Sardus ex ſupremo Ordinis Prædicato-
 rum Magiſtro Generali factus Cardina-
 lis Presbyter tit. S. Sixti.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1724.

§. LXVII.

Principum atque Illuſtrium obitus.

Hic quoque annus pluribus generis
 nobilitate, ac dignitate præſtanti-
 bus vitæ ſuæ poſtremus fluxerat; præ-
 primis enim Joannes Philippus Franciſcus
 S. R. J. Princeps ac Comes de Schön-
 born Herbipolenſis Epicoſopus ac Fran-
 ciæ Orientalis Dux, dum ex Mergent-
 hemio Herbipolin revertebatur, in iti-
 nere apoplexia tactus æternitatis iter
 anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo
 die decima octava Auguſti aggreſſus
 eſt, cui die ſecunda Octobris Chriſto-
 phorus Franciſcus de Hutten unanimi
 Canonicorum ſuffragio electus ſucceſſit.
 Menſe autem Julio Viennæ deceſſit
 Antonius Folck de Corduba Valentia
 Archiepiſcopus & Hiſpani Conſilii Præ-
 ſes. Hic teſtamenti tabulis hæredem
 dixit Grimaldum Papæ Nuntium, ca-
 vitque, ut locupletiffima ejus Biblio-
 theca Carolo Cæſari duntaxat ad uſum
 relin-

*Hiſt. Univ.
 Period. 1.
 p. 20. t. 9.
 S. R.
 Millot mem.
 Pſittiq. t. 5.
 pag. 105.*